

Thomas Smith
De republica et administratione
Anglorum libri tres
translated by John Budden
Leiden
1625

Thomæ Smithi
Angli
DE REPUBLICA
ANGLORVM
Libri tres.

...

LVG. BATAVORVM
Ex officina Elzeviriana.
M DC XXV.

100

CAP. XIX.

De Centuriis aliisque Comitatus
partibus.

Comitatus partes, pro diversa loquen=
tium consuetudine, alias habent ap=
pellationes. Hundredum, Lathum, Rapum,
Wapentachium. Centuria (vulgo Hundre=
dum) pars est Comitatus interdum decima,
interdum duodecima, decima tertia, de=
cima sexta, vigesima, aut trigesima. quæ
ex eo nomen invenit: sive quod centum
oppida quævis centuria primo continebat,
redacto nunc ad pauciora numero; sive
quod centum milites, tum ubi opus erat,
Regi suppeditabant. Lathum & Rapum
obsequii esse nomina existimavi. olim
namque sub primam majorum nostro=
rum egestatem, totidem villas convenis=
se arbitror, ad comportandas domini
sui segetes, & in horreum quod 'a Lathe'
dicitur referendas, aut ad segetem deme=
tendam quod vulgo 'Reape' dicitur. Wa=
pentachium e Danorum aut Saxonum
sermone emanavit. totidem quippe ex

101

oppidanis in unum locum convene=
runt, ubi armorum (Anglice 'Weapon')
delectus habebatur; quique idoneis fide=
jussoribus de probe & pacate in poste=
rum vivendo non satisdabant, illis arma
detrahebantur. 'Weapen' aut 'Wapen' An=
glice telorum genus omne complectitur,
mucronem, pugionem, hastam, lan=
ceam, falcem, arcus, calamos. De loci
nomine, in quo conscripta est hujusmo=
di multitudo, aut ubi obsequia operæ=
que præstari solebant, Hundreda (latine
'centuriæ') Latha, Rapa, VVapentachia, ap=
pellantur: quæ principio celebriores (ut
credi potest) villæ fuerunt, tametsi ho=
die (vide quid temporis possit diurni=

tas) nullius oppidi vestigium appareat.

Cuique centuriæ sive Hundredo duo assignantur Constabularii præcipui, qui in reliquos inferiores imperium aliquod exercent. ab Eirenarchis deliguntur isti Constabularii. habet & quæque Centuria Bailivum suum, qui vel per Dominum aliquem (si potestatem obtinuerit) aut per Vicecomitem constituitur.

<This is the chapter from Smith's book, originally published in 1583, as it was translated into Latin by John Budden. I transcribe it from the edition published at Leiden in 1625, page images of which are available through Google books. The only point to note is that Budden chose to latinize 'lath' as 'lathum'. – C.F. October 2010.>